

hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternaeque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Inclína aures tuas, accélera, ut erípias me. (Ps 30:3)

1. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; in justítia tua líbera me.

2. Esto mihi in rupem præsidii et in domum munítam, ut salvum me fácias.

3. In manus tuas comméndo spírítum meum; redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

4. Odísti observántes vanitátes supervácuas, ego autem in Dómino sperávi.

Postcommunió

Tua nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et ad ea, quæ sunt recta, perdúcat.

garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepalauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Palenk savąją ausį, paskubėk mane išvaduoti. (Ps 30:3)

1. Pas tave, Viešpatie, ieškau užuovėjos, niekados nenusiviliu! Savo teisumu, išlaisvink mane!

2. Būk užuovėjos uola – mano tvirtovė, – galinga pilis man gelbėtis!

3. Tau patikiu savo dvasią, – tu mane atperki, Viešpatie, ištikimasis Dieve.

4. Nekenčiu tų, kurie kliaujasi tuščiais stabais, o pasitikiu Viešpačiu.

POSTKOMUNIJA

Viešpatie, tegu tavo gydomasis veikimas mus ir iš mūsų pagedimų meilingai išvaduoja, ir į tai, kas teisu, atveda.



Proprium Missæ

DOMINICA VII POST PENTECOSTEN VII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Ps. Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis: Rex magnus super omnem terram. (Ps 46:2; Ps 46:3)

Collecta

Deus, cuius providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplícis exorámus; ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános (Rom 6:19-23)

Fratres: Humánum dico, propter infirmitátem carnis vestræ: sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítiae et iniquítati ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre iustítiae in sanctificatióne. Cum enim servi essétis peccáti, líberi fuístis iustítiae. Quem ergo fructum habuístis tunc in illis, in quibus nunc erubéscitis? Nam finis illórum mors est. Nunc vero liberáti a peccáto, servi autem facti

INTROITAS

Visos tautos, plokite rankomis; džiaugsmingai šlovinkite Viešpatį džiūgaujantiu balsu.

Ps. Kadangi Viešpats yra iškilus, keliantis baimę – didis Karalius virš visos žemės. (Ps 46:2; Ps 46:3)

KOLEKTA

Dieve, kurio apvaizda savo sumanymuose neklysta, Tave nuolankiai prašome, kad visa, kas žalinga, atitolintum ir visa, kas mums bus naudinga, suteiktum.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Romiečiams (Rom 6:19-23)

Broliai, aš kalbu kaip žmonėms įprasta, atsižvelgdamas į jūsų kūnišką silpnumą. Kaip buvote atidavę savo kūno narius vergauti netyrumui ir nedorybei, kad elgtumėtės nedorai, taip dabar atiduokite savo narius tarnauti teisumui, kad taptumėte šventi. Būdami nuodėmės vergai, jūs buvote nepriklausomi nuo teisumo. Bet kokią naudą turėjote tuomet iš to, ko dabar gėdijatės? Juk anų

Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatióne, finem vero vitam ætérnam. Stipéndia enim peccáti mors. Grátia autem Dei vita ætérna, in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos.

V. **Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.** (Ps 33:12; 33:6)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. **Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.** Alleluia. (Ps 46:2)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangelii secundum Matthaeum (Matth 7:15-21)

In illo témpore: Dixit Iesus discíplulis suis: Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces: a frúctibus eórum cognoscétis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas, aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus fácere: neque arbor mala bonos fructus fácere.

dalykų galas – mirtis. O dabar, išvaduoti iš nuodėmės ir tapę Dievo tarnais, jūs turite kaip vaisių – šventumą ir kaip baigtį – amžinąjį gyvenimą. Atpildas už nuodėmę – mirtis, o Dievo malonės dovana – amžinasis gyvenimas mūsų Viešpatyje, Kristuje Jėzuje.

GRADUALAS

Ateikite, sūnūs, klausykitės manęs; pagarbios Viešpaties baimės išmokysiu jus.

V. Prisiartinkite prie jo ir tapkite apšviesti; ir jūsų veidai nebus sugėdinti. (Ps 33:12; 33:6)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Visos tautos, plokite rankomis; džiaugsmingai šlovinkite Viešpatį džiūgaujanciu balsu. Aleliuja. (Ps 46:2)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 7:15-21)

Anuo metu: tarė Jėzus savo mokiniamis: „Sergėkitės netikrų pranašų, kurie ateina pas jus avių kailyje, o viduje yra plėšrūs vilkai. Jūs pažinsite juos iš vaisių. Argi kas gali pasiskinti vynuogių nuo erškėčių ar figų nuo usnių?! Juk geras medis duoda gerus vaisius, o netikęs medis – blogus. Geras medis negali duoti blogų vaisių, o netikęs gerų. Kiekvienas medis, kuris neduoda gerų vaisių,

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum coelórum: sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in coelis est, ipse intrábit in regnum coelórum.

Offertorium

Sicut in holocáustis arietum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi: quia non est confúsió confidéntibus in te, Dómine. (Dan 3:40)

Secreta

Deus, qui legálium differéntiam hostiárum unius sacrificii perfectione sanxísti: accipe sacrificium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctifica; ut, quod sínguli obtulérunt ad maiestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem.

Præfatio de sanctíssima Trinitate Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus,

bus iškirstas ir įmestas į ugnį. Taigi jūs pažinsite juos iš vaisių“. Ne kiekvienas, kuris man šaukia: ‘Viešpatie, Viešpatie!’, įeis į dangaus karalystę, bet tik tas, kuris vykdo mano dangiškojo Tėvo valią.

OFERTORIUMAS

Kaip avinų ir jaučių deginamosios aukos ir kaip tūkstantis riebių avinėlių – tokia tebūna mūsų auka šiandieną Tavo akivaizdoje, kad Tau patiktų, kadangi nebus sugėdinti Tavimi pasitikintys, Viešpatie. (Dan 3:40)

SEKRETA

Dieve, kuris senojo Įstatymo atnašų įvairovę vienos aukos išbaigtumu pašventinai, priimk Tau atsidavusių tarnų auką ir tokiu pat palaiminimu, kaip ir Abelio dovanas, pašventink, kad tai, ką kiekvienas jų paaukojo Tavosios didybės garbei, pasitarnautų visų išganymui.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo